



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 151. Austriæ Dux a Papa anathemate perculsus provocat

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sacul. XV.
A.C. 1460.

hucdum vivente adiret, qui Duce, cum incassum saniora ei consilia persuadere laborasset, anathemate perculit, omnesque illius ditiones interdicto subjecit. Hunc totius negotii statum cum Pius II. ad summum Pontificatum eventus percepisset, omne impendit studium, ut Sigismundum cum Cardinale conciliaret, sed operam perdidit. Nihilominus Cardinalis ad suam Ecclesiam rediit, fretus maxime literis Austriae Ducis, quibus ille eidem promiserat, se deinceps nullam ei illaturum molestiam, sed pristinam potius concordiam reducturum. Attamen Sigismundus datam fidem fellit; ipsa enim Paschatis die oppidum, in quo Cardinalis agebat, vi cepit, arcemque, ad quam confugerat, oppugnare aggressus, ulro in ditionem accepit, Cardinalem vero in arctissima custodia cum summa ignominia servari jussit, libertatemque concedere negavit, donec quoddam Ecclesiæ castrum ipsi tradidisset, atque ingentem pecuniarum summam numerasset.

§. CLI.

Austriaci a Papa Excommunicati ad futurum Concilium appellatio.

Pius II. cum rei indignitatem abomina-
retur,

retur, crebrasque suas adhortationes Sæcul. XV.
hucusque nihil profecisse cerneret, ana-

A.C.1460.

thematis sententiam in Austriæ Ducem
promulgavit, ut patet ex epistola, quam

*Appell. &
contrad.*

Pontifex ad Episcopum Basileensem Ro-
mæ die decimo Januarii Anno supra mil-

*Greg. de
Heimburg in
Francof.*

lesimum quadringentesimum sexagesimo 4.

primo dabat, eaque potissimum in præfa-
tum Episcopum invehebatur, eoquod ne-
glectis Sedis Apostolicæ censuris, Sigis-
mundi consortium non declinasset, per-
inde acsi excommunicatus non esset. I-
psa vero excommunicationis Bulla, quæ
Senis die octavo Mensis Augusti hoc an-
no promulgata fuit, haud amplius ex-
stat; ab hac tamen Gregorius Heimbur-
gensis, qui teste Gobelino in Conventu
Mantuano Friderici Imperatoris, Alber-
ti Austriæ Ducis, & Sigismundi Orator
erat, ad futurum Concilium, ejusdem Si-
gismundi nomine, provocavit. (*) Con-
tra istum ergo Pius II. edictum edidit, id-
que promulgandum ad Germanos mi-
sit, & præcipue ad Magistratus No-
rimbergenses, eoquod Heimburgus ibi-
dem ferme triginta annos Syndici mu-
nere functus esset. Epistola ad Norim-
bergenses data est Romæ decima octava

Octo-

(*) *De hac appellatione consule appendicem
Abbatis Ursperg. pag. 107.*

Sæcul. XV. Octobris die currentis anni. (*) In hac
 A.C. 1460. præfatæ urbis Consulibus, atque Magi-
 stratibus mandat, & declarat, Heimbur-
 gum tanquam hæreticum, criminis que lae-
 sæ Majestatis reum, esse vitandum, cuncta-
 que ejus bona ærario publico addicenda,
 eum vero ab omni hominum societate
 arcendum; eoquod unitatem Ecclesiæ
 turbasset, atque ad futurum Concilium
 appellare præsumpsisset, quamvis ejus-
 modi provocationes severe prohibitæ
 fuissent per Bullam, quam non ita pri-
 dem Papa cum consensu Venerabilium
 fratrum suorum S. R. Ecclesiæ Cardina-
 lium condiderat. Huic epistolæ Ponti-
 flex etiam inferuit bullam eadem die o-
 etava decima Octobris datam, per quam
 Gregorium Heimburgum anathemate
 subjiciebat. Hic vero non modo hanc
 Constitutionem additis annotationibus
 vilipendit, sed etiam rursus ab illa appella-
 vit. Adversus hujus Doctoris crimina-
 tiones pro tuenda Pii II. auctoritate Theo-
 dorus Cælius Episcopus Feltrensis apolo-
 giam conscripsit, quæ vere est opus om-
 nibus

(*) Vide appellations & contradictiones ab excommunicatione injusta Sigismundi Duci Austriae & Greg. de Heimbourg in 4. Franc-
 fordiæ anno 1607.

nibus numeris absolutum , ac viginti se- Sæcul. XV.
 ptem paginis constat ; eandem tamen A. C. 1460.
 Gregorius contrario libello non minus
 verbis, quam convitiis copioso confutare
 conatus est, ac insuper valde virulentum
 longe ac mordacissimum scriptum adver-
 sus Cardinalem Cusanum edidit. Cuncta
 ista opera in unum minoris formæ volu-
 lumen contracta Francofordiensibus lite-
 ris Anno millesimo sexcentesimo septi-
 mo excusa prodierunt, & hac inscriptio-
 ne insigniuntur : *Appellationes & Contra-
 didtiones ab excommunicatione iusta Sigis-
 mundi Austriae Ducis, Comitis Tirolis , &
 Gregorii Heimburgii &c.* Hæc omnia In opere su-
 postmodum Goldastus primo & secundo ^{pra cit. pag.}
 suæ Monarchiæ tomo inseruit. Idem ^{15.23} § 51.
 quoque Heimburgus alium elucubravit
 tractatum, cui titulus : *Admonitio de in-
 justis usurpationibus Paparum Romanorum
 ad Imperii Reges & Principes Christianos,*
 in quo tamen opere plurima a vero tra-
 mite aberravit, cum immodica in sum-
 mos Pontifices rabie invehernetur, ac se om-
 nium, quotquot præsens sæculum tulit,
 accerrimum juxta ac furiosissimum Sedis
 Apostolicæ inimicum proderet.

§. CLII.